IOHANNI COCCEJO IOHANNES Martinus.

S. & O. Desideratiss^e Dñe Cocc., amice suavissime.

Latere me, etiamsi in media vivam Frisia, quotidieque tabellarii & nautae meas ut nosti praeterirent aedes, vel exinde colligere potes, quod de Academiae nostrae restitutione, ne vocem quidem cognoverim ante, quam paucas ante septimanas amicus quidam Franequeranus hic forte fortuito meas superveniens coram mihi id narravit. De conjugio et tuo nihil audiverim, quam quod ex propinquo nescio quis id, dubie tamen, reconstavit(?), donec Theodorus Huyser meus olim discipulus, non ita pridem, me invisens id confirmavit. Ex quo tempore quam sollicite inquisiverim de responso tuo facile potes conjicere; tabellarius enim jam abierat à DD. Cur. nris ad vos. nec dabatur commoda scribendi occasio; & incerto tibi non vocatus consilium quid darem? tacui itaque hactenus, exspectans tuae quid nunciarent si non mihi, iis tamen à quibus esses vocatus. O acceptum vero nuncium quod ex tuis ab hoc exhibitore mihi datis intellexi. quo mihi quidem jucundius afferri nullum posset. Atque utinam tibi vocatio haec tam cedat prospere, quam mihi meisque omnibus illa est grata, nec mihi tantum, sed quamplurimis tum doctis per omnem Frisiam, tum et indoctis qui te Franequerae noverunt.

Equidem tibi 1° de conjugio gratulor meo meorumque nomine, illudque tibi pium pacificum, laetum, ex animo opto. 2°. Vocationem hanc tibi faustam, honorificam, commodam, salutarem inprimis voveo. 3° denique puerperium primum felix à Dño precor. Plenus sum laetitia, plenus votis, plenus scribendi materia at verba desunt exultanti, sicque simul occurrunt omnia, ut alterum alteri impedimento sit, et vix quid aut quo scribam ipse sciam. Quid enim existimas, quam hilare mihi sit restitui mihi eum qui est animae dimidium meae? & post cujus à me abitum non habui quenquam cui me eodem(?) praeter illam quae una mecum caro, anima una & eadem est. Solus vivo, lateo solus, nec tamen ita lateo, quin invidia me eorum premat, qui clari sunt, & tamen sua gloria non contenti nullum me adhuc latere magis & magis obscurum esse: interim aliquoties Deus opt. max. spernens eorum invidiam, spem mihi saepissime fecit(?) me ex latibulo hoc alio producendi, et spem hactenus tantum, non raro tamen tam manifestam, ut jam jam in effectum producenda videatur, eum(?), sic jubente ita eod. Dño, iterum me frustratur, nec plane frustratur quia nova iterum vestigia post se relinquunt. Sic ergo sustentatur me Dño plane vivo in Silentio & Spe, ex utriusque socia(?) malo tibi exponere praesenti per Dei auxilium, quam de ea nunc multis tibi esse molestus.

Nunc de te, de te mihi ... sermo ut sit tua me movent. Stipendium tibi promissum, ut nosti, ordinarium est omnium Professorum; nullum tamen paulo plus tibi indultum fuisse, ut aliquibus quod usu venit aliunde vocatis. Victus eadem adhuc est ratio quae olim fuit hic cum versareris, adeo ut panis quidem, quod ajunt, quotidianus ex stipendio illo haberi possit, ~~plus~~ si Frisico quis more parcius vivat, thesaurorum collectio ne exspectari quidem debeat praesertim si in horreolo(?) domestico quotannis ii nascantur fructus, quorum te primitias nunc scribis exspectare. De Academia & domo Dn. Scotany(?) spero scribet pluribus, cujus triste accidens infirmatis nervis caput sustentantibus te intellexisse puto, quod ipsum Leovardiam, quo ante quadriennium ni fallor vocatus fuerat, iterum relinquere coegit, & ad Professoratum redire.

Professores in Theologia jam sunt Dn. Bogermannus, Dn. Scotanus & Theoretius ille M
In Jurisprudentia Dn. Pynackerus jam vocatus est, q & acceptavit. Dnus Rhala, & quondam Wybring
Harlingensis olim Rector, in Medicina Dn. Winsemius, in Historicis Dn. Pierius Winsemius
in Mathesi iis, q hactenus S. linguam professus est, Bernh. Fullenius, in Graecis, Dn. Pasor
in Philosophia reliqua Dn. Verlaell, in Logicis Dn. Daniel Dammius Pastor olim pagan
Academia floruisset si bene constituta fuisset, jam Curatoribus è somno expergefactis
& de eadem restituenda sollicitis, forte Dnō nondum visum est ei pristinum florem restitu
Pestilentia enim quae totam Frisiam proh dolor! invasit, & Harlingae imprimis
ac Leovardiae vehementer grassatur, nec pagos immunes relinquit, Franekeram hactenus
quidem non infecit, nunc tamen duabus in domibus vivus suum exserere dicitur. Dns
avertat. Dnō Scotano per schedulam quandam tuo tabellario traditam significavi, me
si forte opus haberet ministerio in eis curandis quae ad te spectant, promptum me fore.
Tibi idem significo, Totus tuus sum, quodcunque a me officii aut servitii genus tib
praestari potest, omne offero. Tu modo exige, quodcunque illud sit, modo in viribus meis sit.
Ultimum autem scivissem quibus oblatis promissis vocatus esses, dedissem consilium, ut vel
stipendii paulo plus postulasses vel aedium conductae liberum. Sed prout Dnō placuit i
factum est, fortasse praesenti plura D. j. concedentur. Nec nomini tuo inconsultum
existimo Academicum te Professorem. Modo conjux tua Frisiam ne deneget. Si quid
dum adhuc aber curari vis libere indica, vel ad nutum tuum stabo q postulam si apud
DD. Curatores S. Franequerae. Interim in Senatu Deinumano quod decretum sit me
scribente audire ne graveris: Professor Linguae S. Dn. Johannes Coch in
Frisiam si venerit curru Leovardia Franequeram ne abeto Deinumanis
insalutatis, sed Deinumi pernoctato ad minimum bis aut semel, sit commodius
Franequeram petito. Causae decreti plurimae sunt, sed ear Senatus consultum
non exprimit. id enim non est novum. Roem meorum studiorum, si studia dici
possunt ejus, qui otio & negotio pagano plane in liberalibus torpescit, nunc non
expositurus coram. Deo volente & nos in vivis conservante. Reverendos Viros (q
gravitas & autoritas facit quod minus homo obscurus eos literis compellem,
molestus sim) ut tamen meo nomine officiose salutes (ne eorum oblitus esse videar)
rogo, Dn. D. Crocium dico & Dn. D. Bergium. quos reverenter colo, salutatum non
per te & alios sed & literis meis inductionibus, nisi me pudor rusticus impediret,
absterreret eorum doctrinae claritas. Dn. Parenti tuo & Dn. Fri simili amicissime dic
Tu v. a me quamplurimum salve, o meum cor, quo cum saepius hactenus no
somnio sum versatus, an placebit Dnō nos corporibus iterum conjungere! Q
si postea contingere, uti sed quid? Silentium mihi in oībus propositum & spes,
oībus acquiescens patientia. Tuae suavissimae, mihi quidem ignotae, tibi tamen fam
nissimae familiarissimae modo a me ameam salutem impertito in Dnō. Cujus Tut
te, tuam, tuos, & bonos ... commendo, & ut pro nobis oret obsecro tristibus
his pestis & diuturnae ac maxime aspiri pluviae temporibus. VIW. (Si vide
te decet pingere me adhuc literas tales posse, qui linguae scientiam pene on
proh dolor perdidi.) Deinumi 1636 3. Aug. st. v.

Tuus totus J. Harting.

Mumm
Paginam fol 659.